Opgave Cicerowedstrijd 2018-2019 – ronde 2

De officiis, 117-119

In zijn filosofisch werk 'Over de plichten' zet Cicero zijn opvattingen uiteen aangaande de beste levenswijze, gedragingen en het in acht nemen van morele verplichtingen. In onderstaande passage behandelt hij de vraag op welke manier jongvolwassenen het juiste levens- en carrièrepad kunnen kiezen.

Haec igitur omnia, cum quaerimus quid deceat, complecti animo et cogitatione debemus; in primis autem constituendum est quos nos et quales esse velimus et in quo genere vitae, quae deliberatio est omnium difficillima. Ineunte enim adulescentiā, cum est maxima imbecillitas consilii, tum id sibi quisque genus aetatis degendae constituit, quod maxime adamavit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit quod optimum esset iudicare.

Nam Herculem Prodicus dicit - ut est apud Xenophontem - cum primum pubesceret, quod tempus a naturā ad deligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus datum est, exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse - cum duas cerneret vias, unam Voluptatis alteram Virtutis - utram ingredi melius esset. Hoc Herculi, Iovis satu edito, potuit fortasse contingere, nobis non item, qui imitamur quos cuique visum est atque ad eorum studia institutaque impellimur.

Plerumque parentium praeceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremque deducimur; alii multitudinis iudicio feruntur, quaeque maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant; nonnulli tamen sive felicitate quādam sive bonitate naturae sine parentium disciplinā rectam vitae secuti sunt viam. Illud autem maxime rarum genus est eorum, qui aut excellenti ingenii magnitudine aut praeclarā eruditione atque doctrinā aut utrāque re ornati spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitae cursum sequi vellent; in quā deliberatione ad suam cuiusque naturam consilium est omne revocandum.

Teksthulp

r. 1 ***haec omnia***: ‘ al deze overwegingen’ In de vorige paragrafen had Cicero verteld dat veel jongeren graag in de voetsporen van hun ouders treden, maar dat het evengoed mogelijk is om met succes een totaal eigen koers te varen.
cogitatio, -nis, vr: ‘gedachte’

r. 3 ***quae***: het antecedent staat in de bijzin.
deliberatio, -onis, vr.: ‘overweging’, ‘overdenking’
difficilima: superlatief

r. 4 ***imbecillitas***, -atis, vr.: ‘zwakheid’, ‘zwakte’, ‘machteloosheid’
degere, -o: ‘(tijd) doorbrengen’
id: waarbij hoort dit?
aetatis: denk na over een andere betekenis dan ‘leeftijd’.

r. 5 ***ante:*** met welk woord moet je ante verderop in de zin verbinden?
implicari, -or + abl.: ‘verstrikt raken in’, ‘terechtkomen in’, ‘zich inlaten met’

r. 6 ***iudicare***, -o: ‘oordelen’

r. 7 ***Prodicus***: een Griekse filosoof, wiens beroemde verhaal over ‘Hercules op de tweesprong’ (waarbij Hercules de deugd verkoos boven ondeugd) door Xenophon naverteld werd.
pubescere, -o: ‘volwassen worden’

r. 8 ***quod***: het antecedent staat in de bijzin.; de bijzin verklaart *cum pubesceret*: (puber)tijd die gegeven is …
ingressurus: **<** in-gredi, ingredior: het participium futurum kan je vertalen met ‘van plan te …’

r. 11 ***Iovis satu edito***: Hercules was de zoon van Jupiter, en kwam dus voort (*edere*, -o) uit diens zaad (*satus*, -us)
non item, bw.: ‘niet op dezelfde manier’
quos cuique visum est: ‘(de mensen) die ons allen goed lijken’

r. 13 ***imbuere***, -o, imbui, imbutus + abl.: ‘vervullen van’, ‘gewennen aan’, ‘vertrouwd maken met’

r. 14 ***quaeque*** = et quae. Het antecedent ea staat achter de relatiefzin
pulcherrima: superlatief

r. 16 ***disciplina***, -ae, vr.: ‘onderricht’, ‘opleiding’, ‘opvoeding’

r. 17 ***praeclarus***, -a, um: ‘voortreffelijk’
eruditio, -nis, vr.: ‘ontwikkeling’

r. 18 ***deliberare***, -o: cf. *deliberatio* r. 3.

r. 20 ***revocare ad***: ‘afstemmen op’